

13.
post electionem suam oriri in^{ter} ipsum et capitulum suum copiam et
simultates, quare ipsum domipsum Robertum vilipendentes ac des-
tantes, in tantum ut nonnulli, qui promotionis ipsius auctores
fuerunt, sollicitarent, ut presulatum resignarent. Sed feracissimus
dux domipsum Fredericus de Bavaria et comes Palatinus, frater
predicti domipsum Roberti archiepiscopi Coloniensis, vir perspi-
caci ingenii, magnus triumphator in armis, ~~repositis~~ vicibus
ipsum archiepiscopum fratrem suum magnam cum comitiva
sumptuose visitavit, et controverse causas inter ipsum fratrem
suum archiepiscopum et capitulum maioris ecclesie Coloniensis
perscrutatus est. Causis tandem intellectis, indignans comitibus
et aliis optimatibus dixit, quod quemadmodum sine ipsius solli-
citatione fratrem suum elegissent, ita etiam vellent nollent
in presulatu eiusdem optinerent. Sed cum etiam idem Fredericus
animadverteret, parum idoneos consiliarios memoratum fratrem
suum archiepiscopum in regimine destitutum^{um} vi, aptiores ei de for-
ra sua misit consiliarios. Quos si archiepiscopus semper audiisset, ad
honoris tantarum rerum ^{que} dispendia suo cum presulatu minime
^{er} pervenisset. Cumque illi consilarii suis in suggestionibus et consi-
liis minus se audiri considerarent, ad dominum suum memora-
tum remeant^u Fredericum, ^{palatinum, archiepiscopum} in manibus consiliariorum suorum
derelinquentes. Unde ad extremam calamitatem in fine vite
sue perductus est, ita ut excommunicatus et in vinculis moreretur.
In initio igitur bene rexit. Nam acceptans episcopatum
Coloniensem, invenit debilis maximis gravatum. Nam omnia
fere castra et thesauri ceteris proventibus et redditibus
optimatibus diversis erant impignorata, ita ut idem archiepiscopus